

ea clausula appositum, idem pollet ac significat, quod furari fuerint: comprehendit quippe inuenta in litore absque defensore, si qui ea accipiunt, illa sibi usurpant atque accipiunt. Quare, et sic postea mutent animum, casque tempore congruo restituant, hanc incurunt excommunicationem. Item, si quis bona fide accipiat aliquid, ignorans esse de numero eiusmodi rerum, eo ipso, quod iniuste vult illud retinere, committit aduersus proprium dominum furtum eiusmodi rerum, ac proinde incidit in hanc excommunicationem: id quod expressum erat quodam verbis in hac clausula appositis. Fortè illa expuncta sunt, ad non innodandum hac excommunicatione eos, qui titulo oneroso, aut gratuito, bona fide accipient eiuſmodi res ab alijs, esto postea intelligerent, eas à principio usurpatae esse ex naufragio. Non tamen est illi huc res certa.

Quando, quod ex eiusmodi rebus esset acceptum, vel in litore, vel in mari, aut in nauis, animo id sibi usurpandi contra domini voluntatem, tam modicum esset, quod non sufficeret ad culpam lethalem, iuxta ea quae superius explanata sunt, tunc non incurreretur hac excommunicatio. Non desinit verò, qui arbi traretur, ad incurrendam hanc excommunicationem, non sufficere quantitatem, quae satis sit ad lethalem culpam furti, sed requiri longè maiore. Dicebatur. Quoniam pena esse debet proportionata culpae: incidit enim in lethale peccatum ob quantitatem, quae non sit admodum notabilis, non est culpa digna excommunicatione, quae tam arcte Sedi Apostolicae referetur, et ad cuius absolutionem obtinendam, necessarii saepe sint sumptus non modici, ob distantiam loci à Sede Apostolica. Non est tamè certa haec opinio, neque redderent tutum in conscientia, qui iuxta eam absoluerent, et qui eam absoluerent, quasi in eo euentu excommunicatio non esset, aut referata talis excommunicatio non esset fumto Pontifici. Tum quia, licet vnus furando quantitatem non ita magnam, ceterum quae sufficeret ad culpam lethalem, non inferret damnum admodum notabile: multi tamen, qui simili modo furarentur, illud inferre possent. Tum etiam quoniam propter genus delicti, quod expedit, vt de medio tollatur, apponi potest insolita pena. Tum praeterea, quoniam excommunicationes maio res omnes in se sunt quae les: referatio autem, quae per accidens habet adiungos sumptus & molestiam, est pro potestate Summi Pontificis: sicut & referatio absolutionis à quibusdam peccatis. Tum denique quoniam, cum lex Summi Pontificis haec de re sit vniuersalis, et meritas minimeque securum est, quemquam excipere eorum, quos generalitas illius comprehendit, absque Summi Pontificis declaratione. Maxime cum per difficultes est, absque Summi Pontificis declaratione, taxare, quae quantitas, ad peccatum lethale sufficiens, satis esset ad eam excommunicationem incurrendam, quae non item.

Dubium. 7

Dubium est. Vtrum incurrant hanc excommunicationem illi, qui de rebus, de quibus in hac clausula est sermo, accipiunt ea, quae, nisi ipsi ea acciperent, statim erant peritura, vt faccharum, farinam, papyrum, & eiusmodi. Conueniunt omnes, quando eripi possunt sine probabili mortis periculo, teneri eripientem ea restituere, accepta mercede sui laboris ac industriae: si verò ea accipiat animo sibi illa retinendi, incidere in hanc excommunicationem. Quando verò eripiuntur cum probabili mortis periculo, & nisi ita eriperentur, certo erant peritura, nec dominus volebat se exponere ei periculo, nec habebat alium, qui mercede, aut gratis se vellet exponere tali periculo in gratiam illius, affirmant multi, eripientem non teneri ea restituere domino: eaque de causa non incurrit hanc excommunicationem, si ea sibi retineat.

Ita Syluest. verb. naufragium. Nauar. in Manu. capit. 17. numero 98. eandemque sententiam innuit Caieta. secunda secundae, quaestio 66. articulo quinto versiculo, nota tertio, ac sequuntur alij. Eam sibi persuadent, quoniam in eo euentu eripiens eiusmodi bona, neque ex caritate tenetur ea eripere domino illorum: & cum peritura sint omnino abque aliqua spe: nullam facit iniuriam illorum domino, si de exponere velit ei periculo, vt ea sibi ipsi eripiat: quin potius illorum dominus, irrationabiliter erit iniustus, si id prohibeat: quo fit, vt ita ea eripiens, non peccet, & vt ea apprehensione comparat sibi eorum dominum, ac proinde non incurrat hanc excommunicationem.

Contra nihilominus sententia videtur probabilior. Primo, quoniam durum videtur, quod quis sine suo consensu amittat dominium rerum suarum, illudque alius acquirat, hoc solo, quod eas eripiat de periculo, quod erant periturae, contrariumque videtur definitum. I. Pomponius, iuncta gloſa sibi ff. de acquirendo. rerum dominio. quare, si prior manet dominus, nihil impediens quod licet alius eum periculo suae vitae esse interitum eripiat, certè ad antiquum dominium pertinent, neque eripienti cum periculo propriae vitae debebitur, nisi competens pretium sui laboris ac periculi, eaque de causa, si eripiens, animo sibi eas retinendi, altero iniusto, eas accipiat, incidit in excommunicationem hanc, nisi excusetur ignorantia, qua arbitretur, id in eo euentu sibi licere, vt auctores contrariae sententiae sunt arbitrati. Secundo, quoniam licet eripiens non teneatur se exponere periculo pro eis bonis liberandis, potest tamen dominus eorum bonorum, non velle ea illi concedere, nisi sibi det partem eorum: quod si eripiens non velit ea lege ea liberare, & postea eorum dominus velle, vt potius pererant, quandoquidem eripiens non vult esse ei vitis in illorum parte aliqua: quo fit, vt is, cuius illa erant, non amittat eorum dominium, nisi ea eripienti concedat. Tertio, quoniam, offerentibus se duobus ad ea eripiendum cum periculo propriae vitae, quorum neuter velit ea eripere domino, sed sibi, postea dominus concedere vni eorum ius ea sibi eripiendi cum pacto, vt partem aliam quam coram domino reliquerit: ergo ex eo, quod similia bona sint in eo periculo, dominus illorum non amittit illorum dominium, atque adeo, si sine ipsius consensu formalis, aut praesumptio, illa liberentur, non sunt accipientis. Quarto, quoniam si quis amittat rem suam, quae nisi quaeratur, esset peritura, nullatenus eam quaerere, si dominus possit illam quaerere; & tamen, si quis eam quaerit & inueniat, tenetur eam restituere domino, accepta iusta mercede sui laboris ac industriae: ergo idem erit, quando idem cum periculo propriae vitae eam eripit ab interitu, quam dominus vel non vult cum tanto suo periculo eripere, vel non potest.

Obseruant Syluester & Nauarrus locis citatis, & simpliciter, qui lege regionis iniusta, aut aliqua ratione, crederet, licere vſurpare sibi rem aliquam de naufragio, non incurrit hanc excommunicationem, eam sibi vſurpando.

De penis temporalibus pro furto, & vtrum licite homines pro furto interdum occidantur.

SUMMARY

Furem interficere cum quinto decalogi precepto non pugnat, licitumque publica auctoritate esse potest, maxime

DISPV. 695.

De penis temporalibus pro furto, & vtrum licite homines pro furto interdum occidantur.

SUMMARY

Furem interficere cum quinto decalogi precepto non pugnat, licitumque publica auctoritate esse potest, maxime

maximè procedente lege, quae id statuat. Pur ad quid cogitur in exteriori foro, non in penam, sed quia ad id tenetur ex natura rei, in foroque conscientiae nulla expectata sententia. Furtum tum manifestum, tum etiam non manifestum, quibus penis civilibus seu pecuniarijs iure communi puniatur. Actio furti ad penam civilem, & actio ad re furti ablatam, & ad damna subsequuta, quantam dixerint statem habeant. Possunt scorsim intentari, aut etià simul incidenter vna ex alia eodem libello. Agi etiam potest ob furtum criminaliter ad penam corporalem, sed tunc locum non habet actio ad penam civilem. Et pro furti impositi non poterat iure communi pena mortis nec mutilationis.

Agere auliter vno modo sinitur presse, pro agere ad interesse distinctum a pena: alio modo late, pro agere etiam ad penam pecuniariam. Agere item criminaliter vno modo sinitur late pro agere ad penam sine corporalem, sine pecuniariam: alio verò modo presse pro agere ad penam corporalem. Actio primo modo auliter, non impedit actionem criminaliter primo neque secundo modo. Agere verò auliter ad penam pecuniariam, impedit agere simul criminaliter ad penam corporalem, & contra. De iure communi nefas est interficere, aut mutilare simpliciter furem, etiam pro tertio furto, aut pro quarto furto: damanda tamen non sunt leges, aut consuetudo, quae pro tertio furto interficiunt, aut qui pro tertio furto certam quantitatem, aut qualitatem, mutilant, vel interficiunt. Et qualis esse debeant ea furti. Neque furti regulari debet sed furca suspendi.

Fur, raptor, & latro, in quo differant de iure communi, & quae penas de eodem iure sint illis impositae. Pro vno furto magne quantitatis, quod tribus equis polleat, aggregari debet pena, sed non debet fur suspēdi, vbi lex, aut consuetudo, non fuerint in contrarium, vt in hoc regno non sunt. Furtum de iure communi circa immobilia licet non committatur, quae pena statuta sit momenti terminos agrorum, aut limitum oppidorum. Furtum quando quis aggressus est committere, neque est furtum, quae actio aduersus illum competat, & quae pena sit puniendus.

Furtus variæ penae in hoc regno statuta. Hodie regulariter, nisi propter nobilitatem commutanda pena sit in exilium, flagellantur pro primo furto, (tametsi aliquibus in locis, si soluendo sint, damnentur pena dupli soluenda offensus, & septupli soluenda fisco) pro secundo flagellantur, & abſcinduntur eis aures, & pro tertio furca necantur. Furtus si aures in penam abſcindantur, non est ea pena mutilationis membri, neque iudices ob eam penam irregularitatem incurunt. Furti in castris commissi qualiter puniuntur. Furem reperiri abſcissa auribus, licet sufficiens sit vt interrogetur de causa abſcissionis, & nisi aliam probet, vt subſciantur tormentis, vt confiteatur duo priora furti, ac suspendatur pro eo tertio, non tamen est sufficiens contentura, vt probatum conſeatur, furti commissum, post illas abſcissas esse tertium.

Furtus hodie pro primo furto imponitur penam remigandi in trivernibus, & pro secundo pena flagellorum ac remigandi in trivernibus. Furtum ex naufragio vt hodie puniatur in hoc regno restituatque totum iuberit dominus. Idem de bestijs cadentibus & ponte, aut aliter periclitantibus, aut percutibus. Furtum, rapina, aut vis in curia regia, aut in regio rastro, morte pleſtetur, & vt mitigata sit ea lex. Furtum, aut vis, circa animalis, aut alia ad cultum attinentia, vt puniatur. Furti pena puniatur, & insuper reddere dominus tenetur.

Tom. III. Pars Posterior.

tur res, aut estimaciones earum, ac damna, quicunque oneroso aut gratuito titulo, vel in casu sodiam, ac ceperit aliquid a mancipijs. Furtorum quorum cognitio ad indices de la herman clax pſectet, & quibus penis ea furti puniatur. Furtibus, eorum receptoribus, ac participibus, & alijs, quoniam pena committitur in penam remigandi in trivernibus. Furem interficiens, quando a pena mortis eximitur. Furtibus penae Lusitano iure statuta. Furtum rem vſusimiliter ablatam, qui eo in regno emittitur, puniatur pena furis, esto ostendat a quo eam emittit. Lege alia ad penas furium, aut ementium a furtibus, attentata. Furtum si ecclesiasticis, quibus penis iure Canonico puniatur. Furtum cum effractione, sed sine vi illata persona, quibus penis iure communi puniatur. Furtum idem, & perſoratio ad faciendum quodcumque aliud maleficium, quibus penis iure huius regni puniatur. Furtum idem quibus penis iure Lusitano puniatur.

Raptores bonorum externorum, quales etiam sunt graſtatores & piratae, quibus penis iure communi pleſtuntur, & quae actiones aduersus eos competebant. In his computantur, qui iuris privilegio raptores censentur. Raptores idem, quibus penis iure huius regni puniatur. Raptoris penas in hoc regno incurritur canonicas, seu bancarias, & eorum fautores, qui cum pecunijs apud ipsos depositis fugiunt, & mercatores, eorumque fautores, quae merces credito accipiunt, & similiter fugiunt, aut qui cum quibuscumque alijs rebus scalca, & qui hos omnes recipiunt. Raptoribus quae pena iure Lusitano statuta. Raptores, si persone sint ecclesiasticae, quibus penis Canonico iure puniuntur. Furtum, in quo sacrilegium interuenit, quibus penis iure communi Castraeo puniatur. Furtum idem quibus penis iure huius regni puniatur. Furtum idem quibus penis iure Lusitano puniatur. Furtum, quod peculatus dicitur, quibus penis puniatur.

Peculatus, praesertim quo ad monetas eudendas, circuncidendas, destruidendas, aut extrahendas de regno, quibus penis de iure huius regni puniatur. Peculatus crimen quibus penis iure Lusitano puniatur. Criminis legis Iuliae de residuis pena. Criminum abigeatus ac plagij pena. Furti aduersus concasas ad veni furti ablatam, vel ad illius estimacionem, ad fructus, & ad damna insequuta, etiam lucris cessantibus, conditio finitima conditio, & quantenus singule teneantur. Furti aduersus concasas actio ad penam pecuniariam parti laesa applicandam, competi vt vna tantum illi ab omnibus soluat, quam praecipue soluere tenetur causa furti principalis, nisi furtum comparatione illius sit dome sticum. Ad penam verò pecuniariam fisco applicandam, aut ad penam corporalem, competit actio, vt singulae concasae puniuntur integra pena. Et quando non interuenit furti propriae ex parte concasae, soluere tenetur ad interesse & damnum, & quando ad nihil. Rapina, concasae, aut furti, in quo sacrilegium, aut alia circunstantia aggregantur, interueniat, vt puniatur. Furti concasae quando mitius puniatur, quam causa principalis.

Tom. III. Pars Posterior.

D 2 Fur-

47 Furum consilens, si id consilium ad furtum fuit cooperatum, saltem quia fur eo consilio fuit confirmatus, competit actio furti adversus ita consulentem. Est autem ad furtum id consilium nihil fuerit cooperatum, consilens puniri debet pena arbitraria.

48 Furum receptatores panis furum puniuntur quando fures cum rebus furtivis, aut furtivas res sceler recipiunt. Et quid quando fures sine rebus furtivis recipiunt, aut occultant.

Multa circa furtum, & circa damnū iniuste latum (de quo, post materiam hanc de furto, erit nobis sermo) de industria relinquendo examinanda in materia de retributione, rem hanc de furto concludamus hac & sequenti Disputatione, in qua examinabimus, quibus, & aduersus quos, actio furti competit.

Atque ordiendo ab eo, quod secundo loco est positum, sermo neque de primo permittendo. Scot. in 4. dist. 1. q. 1. asseruit, simpliciter furem, hoc est, eum, qui ex circumstantia alia non sit dignus morte, puniri non posse pena mortis, esto furtum sit no tabilis cuiuscunque quantitatis, & esto multoties iteretur. Ducitur, quoniam, inquit, preceptū illud quod decalogi, non occides, est de iure diuino, estque vniuersale vnde, cum solus Deus possit in suis legibus dispensare, nefas est quenquam pro delicto aliquo occidi, nisi quatenus ex scripturis constet, Deū id concessisse: quomnis autem, inquit, Deus Exod. 22. permittit occidere furem nocturnum, quatenus praestitit paratus ad interficiendum eum, qui sibi restiterit, qua ratione iuste occidi possit graffator, nihilominus eo in loco non vult Deus occidi posse furem diurnum, neque, ait Scotus, audimus de bulla super hoc descendente de caelo, qua Deus hac in re dispentet.

Argum.

Est tamen hac Scoti ratio indigna proorsus suo autore, meritoque hac sua opinio ex eo fundamento deducta, communiter improbat. Etenim preceptum illud quod decalogi non eum habet sensū quam omnis vniuersi hominis occidio fit in eo prohibita, & quasi ad interficiendum malefactores, qui bus mors iuste à publicis potestatis infligitur, necessaria in dispensatione diuina: quin potius. 1. 2. q. 100. artic. 8. copiose ostendimus, preceptum illud, neque diuina potentia, posse dispensari, si de propria dispensatione sit sermo. Scitis itaque illius precepti est, neminem esse occidendum iniuste: secus autem iuste, atque quando lumen naturae, rectaeque ratio, id fieri posse praescribit.

Quo fit, vt ex naturali ipso lumine, rationibusque naturalibus, sit intelligendum, an liceat furem, aut quenquēque alium malefactorem, interficere: de qua re copiosius tractata, 3. sequenti, dum de homicidio erit nobis sermo, est disputandum. Cū autem constet, naturali iure esse in principe potestatem puniendi delicta suorum subditorum, prout viderit esse dignum, efflagitareque commune reipublicae bonum; sane inpendet iudicium, num sit licitum punire furem mortis pena, si prudenter arbitrio id delictum tanta poena sit dignum, saltem quia valde expedit communi bono id delictum non committi.

Quo loco obserua, in principe non solum esse potestatem ad puniendam delicta, quantum posulat natura ipsa delictorum, secluso iure humano, sed etiā ex iure ipso humano, prohibitioneque humana, augeri culpam, & posse augeri poenam, eo plus, quo artius aliquid humano iure prohibetur, quia ita potestatem commune bonum. Sicut autem principes multa prohibent, aut praecipunt, & interdum sub poena mortis, prout communi bono iudicauerint expedi-

re, quorum contraria non essent mala secluso eo iure politico: ita etiam, quae iure naturali sunt mala, possunt artius interdum prohibere, augendo poenam, quae seclusa ea prohibitione humana, essent digna in republica temporali, prout expedit iudicauerint bono communi, finique, ad quem ea prohibent: & tunc procedente talis legis promulgatione, iuste puniunt transgressores maiori ea poena tali lege statuta: cum tamen, si non antecessisset ea lex, tantam poenam merito constitutus, nefas esset tam graui poenam quenquam pro eo delicto puniri. Sic videmus, duces belli interdum sub mortis poena aliqua praecipere, aut prohibere, eaque poena continuo punire transgressores talis praecipit, quia ita expedit regi mini exercitus, fini belli, ac bono communi; cum tamen transgressiones illae, secluso eo praecipito, vel nulla, vel perexigua, poena essent dignae, iniustumque omnino esset eas puniri, non solum mortis poena, sed etiam inferiori alia graui, nisi praecessisset id praecipitum. Sic etiam videmus, multa alia in rebus publicis prohiberi sub poena mortis, quae seclusa tali lege humana, nec ea poena, neque alia graui, aut etiam leui, possent iuste puniri. Vt in hoc Regno prohibetur sub poena mortis extrahi pecunias ex hoc Regno, & deferri eas in Galliam, & familia alia. Et in Lusitania prohibitum sub poena mortis erat transferre boues ex eo Regno in hoc. Sicut enim Deus impo-suit Adamo praecipitum illud de iure positum, non edendi de ligno vetito, sub poena mortis corporalis & spiritalis ipsius, totiusque generis humani, quod in lumbis illius tunc erat, & multa alia de iure positi uo praecipit in lege veteri, & in noua quadam etiam praecipit circa sacramenta: ita principibus temporali-bus, qui ab eo potestatem deriuatam habent in sibi subditos, potestatem dedit condendi leges, in commune reipublicae bonum, etiā sub poena mortis, quae vim haberent ex imperio ac praecipito ipsorum. Hinc dico. Quomnis, nisi antecessisset lex, aut consuetudo, quae vim legis haberet, nefas foret esse, pro furto aliquo certa quantitatis, aut aliquot vicibus commisso, imponere poenam mortis: praecedente tamen lege humana, quae id prius statuit, quia ita princeps iudicat expedit iure reipublicae, non esse, cur cuiusmodi leges vel iniustitiae conferrentur, vt improbandi, vt ex iacta à nobis fundamento facile liquet; ad quod tamen multi non attendunt.

Alexand. Alenf. 3. part. questio. 47. memb. 4. articulo 3. asseruit iniustum esse legem, quae poenam mortis statueret pro furto. Eadem sententia tribuitur à Couart. 2. var. ref. cap. nono, numero septimo; Syluestro verb. *furtum*, questio. 3. pronunciatō vto. Sed immerito, si Syluester, expendatur, & verba illius pronunciatō cum antecessibus conferantur: tunc si non deseruit, qui perperam ita exponere fuerit conatus Syluestrum, vt censuerit, quod Couart. tribuit.

Ratio, cui opinio Alexandri Alenf. nititur, est. Quoniam poena, vt sit iusta, proportionari debet culpa: pro mensura enim peccati erit & plagarum modus, vt habetur Deuter. 25. Cum ergo res externa infirmae sint inter omnia bona nostra; vna verò sit omnium temporalium bonorum praestantissimum, ceterorumque fundamentum, & mors, praesertim violenta, sit terribilium omnium terribilissimū, maximeque horrendum: consequens est, vt impropor-tionata; longēque excedens, sit mors corporalis pro furto, in quo damnus inferus proximo in solis bonis illius exterius, & adeo iniusta & rit lex, quae mortis poenam statuerit pro furto simplici. Vnde in authentica de nouo iure. Cod. de ferus iugituis, & in authentico vt nulli iudicium, §. vltimo, quibus consentit lex decima capta, titulo

Argum.

14. part. 7. praecipitur, vt pro furto simplici nullus interficiatur.

2. Antequam dicam quid de hac re sentiam, referam varias penas, quae de iure de Caesareo, de iure hu-jus Castellae Regni, de iure Lusitano, & de iure Canonico, conseruatur statuta pro varijs furtis, ac rapinis, generibus. Atque in primis fur, nō in poenam, sed quia id in conscientia furto restituere tenetur, nulla est peccata sententia, & esto res non esset deda-ta ad locum externum, cogetur in exteriori foro reddere, quod furatus est, ei, à quo illud est furatus, si existat: si verò non existat, cogetur reddere aesti-mationem illius: si autem sit deterius redditum, co-gentur solvere, vel aestimationem, vel rem, & quod minus valet ratione deteriorationis, optione eius; à quo illud accepit, & in super cogetur ei solvere, si quod lucrum cessauerit, aut damnum ei emerit ex tali furto. Atque haec omnia tenentur restituere in foro conscientiae, esto tale furtum pena corporalis, etiam mortis, officiat, nisi dominus rei ea remittat. In foro verò exteriori, si de furto constet, & non de quantitate illius ac valore, non creditur ei, à quo res furto ablata est, iurare in iuramentum, quantum id fuerit, aecedenteque arbitrio iudicis: quoad aestimationem, cogitur iuri ad totum solvere. Ita communis doctō-rum sententia quam Iul. Clarus 4. lib. senten. §. iur-tum, num. 18. referat sequitur. Et idem credo esse, quoad lucrum cessans, aut damnum emergens.

3. De iure communi Caesareo simplex fur, si furtum non sit manifestum, punitur poena, vt infra re furti ablata, restituitur ei, à quo illam furatus est, duplum alius aestimationis: si verò sit manifestum, restituitur ei quadruplum ultra rem furto ablata. Ita habetur §. conceptum, ver. f. ut, in fi. iuncto §. vlt. eiusdem tituli, in fi. de oblig. que ex delict. §. ex ma-leficijs, in fi. de actionib. l. in furti actione, fi. de fur-tis, l. 18. re. 14. part. 7. & affirmant Greg. Lopez ibi glossa. Ant. Gom. 3. tom. var. ref. cap. 7. nu. 4. & doctōres communiter: Lex verò in furti actione do-ctōrum cessans aut damnum ex furto emergens, non duplicari, aut quadruplicari, sed solam aestima-tionem rei furto ablata. Quod si res decrescat in va-lore postquam furto ablata est, duplicari, aut qua-duplicari, quoad aestimationem, quam habebat, qua-do furto fuit ablata: si verò decrescat in valore, du-plicari, aut quadruplicari, iuxta valorem, quem ha-buerit: quādo furti actio intentatur: quoniam is va-lor furto est relictus. Lex autem vnica. C. de grege dominico lib. 12. qui equum furatur de grege Re-gis, punitur poena sex viciarum, dimidia vbi libere aut. Si tamen sua sponte equum offerat ac redit-tat, immunitus est ab ea poena. Quod autem furtum sit manifestum, & quod nō manifestum, Disp. 684. explicatum est.

4. Quomnis actio furti ad duplum, aut ad quadru-plum, & actio ad recuperandam rem furto ablata, aut aestimationem illius distincta sit, vt patet: ex eo maleficijs, in fi. de actionib. & §. vlt. in fi. de oblig. que ex delict. scilicet formae possint intentari: actio es-tim ad poenam solum competit aduersus furem, & non aduersus haeredes illius, quasi post mortem furi sit possit aduersus eos intentari, nec debetur, nisi post latam sententiam: ad rem vero furto ablatam, si illa existat, agi potest rei vindicatione, etiam aduersus quemcumque illius possessorem, ad quem trans-ferit: & siue existat, siue non, agi potest conditio-nis furti ad illius aestimationem, & ad intercessio-nem cessantis, aut damni emergentis, tam aduersus furem, quam aduersus illius haeredes, agereque possunt, etiam haeredes eius, à quo furto est ablata, eo quod peccata verum debentur, quod fur, haeret de sp-

ipsum de bonis illius, tenentur soluere in foro con-scientiae, nulla expectata sententia, vt haec omnia con-stant ex duobus §. citatis: quomnis inquam, haec ita sint. Gregor. Lopez. l. 9. verb. *La pñe demandar*, & l. secunda, contentaneae ad eam legem, tit. 14. parti septima, ait, vtramque actionem intentari posse eod- dem libello, aut certe postmodum, aut aestimationem illius, & interesse, peti incidenter in eodem libello, in quo intentatur actio furti ad poenam, iuxta Bart. l. interdum, §. qui furem. ff. de furtis, contentaneae ad eandem legem, qua habet, simul condemnari posse furem, vt restituar rem furto ablatam, & vt subeat aliquam poenam ob furti delictum, vbi in-nuitur, incidenter posse peti poenam, & ad eam condemnari, intentando recuperationem rei furto-ablatae: & eadem ratione, agendo ad poenam fur-ti, potest simul incidenter peti restitutio rei furto-ablatae.

De iure item communi Caesareo, si is, à quo ali-quid furto est ablatum, velit agere criminaliter, ad poenam corporalem, punitur fur poena corporali, iudicis arbitrio, pro criminis qualitate, & quanti-tate, & pro qualitate personae imponendo, atten-tisque circumstantijs omnibus concurrentibus: an- que Vlpianus leg. vltim. ff. de furtis, suo tempore plerumque consueuisse agi aduersus fures criminosa- liter; id tamen non impedire quominus, qui vellet, possit aduersus furem ciuiler agere, ad poenam sci licet dupli, aut quadrupli. Et quando agitur crimi-naliter, accusantem teneri se subscribere, ad tatio-nis poenam se obligando, non quasi crimen fur-ti sit publicum, cuius accusatio ad quemcumque de populo spectet, sed vt temeritas, at hinc causa accu-santium, ea extraordinaria poena coerecetur. Ver-ba illius legis haec sunt: *Meminisse oportet, nunc fur-ti plerumque criminaliter agi: et eum, qui agit, in cri-mine subscribere: non quasi publicum sit iudicium, sed quia visum est temeritatem cogentium; etiam extraordi-naria anim aduersus eum, acerrimum. Non ideo ta-men minus is, qui velit, poterit ciuiler agere. Cōcinit l. interdum, §. qui furem. ff. de furtis, vbi de poena corporali furti est sermo. Idem visus aperte con-stat ex authentica sed nouo iure. C. de ferus fugi-ti, §. furem, sed posse aliter castigari. Vbi poena cor-poralis arbitraria iudicis pro furto prohibetur ex-tendi ad mortem aut mutilationem, statuitur; de-bere esse intra has. Verba eius authenticae haec sunt: *Pro furto autem nolimus omnino quolibet membrum abscindi, aut mutilari, sed aliter eum castigari. Fures au-tem vocamus, qui occulte ex sine armis huiusmodi delinquunt. Eos verò, qui violenter aggrediuntur, aut eum armis, aut sine armis in domos, aut itinibus, aut in mari, panis eos leg alibus subijci habemus. Idem constat ex l. 18. tit. 14. p. septima, eius verba sunt: *Los furtadores pueden ser escarmentados de dos mane-ras: La vna es, con pena de pecho. E la otra es con es-carmentio, que les hazen en los cuerpos por el furto, & por el mal que hazen. Et statuta poena ciuili, seu pe-na pecuniaria, dupli, aut quadrupli, ultra rem fur-to ablatam, prout furtum fuerit manifestum, aut non manifestum, additur: *Otro si denen los iuzga-dores, quando les fuere demandado en iuzizo, escarmentar los furtadores publicamente con seridas de azotes, o de otra guisa, de manera que infran pena, e verguenza. Mas por razon de furto, no de-ne matar, ni cortar miembro ninguno. Vbi vides simul dispositae, quoad furtum simplex, eius de poena ciuili dupli, aut quadrupli, habentur iuris-bus supra citatis: & quae de poena criminali ha-bentur in vltima, ff. de furtis, & duobus authentica-****

1. Tom. III. Pars Posterior.

Ant. Gom. numero 4. citato vult, eum, a quo simplici turto aliquid est ablatum, posse simul agere, licet non in eodem libello, sed in diuersis, ad penam civilem dupli, aut quadrupli, sibi applicandam vltra rem iusto ablatam, & ad criminalem; penamque vtramque esse simul a iudice turt imponendam, eumque arbitratu esse sententiam legis vltimae, ff. de furtis, supra relata, eamque affirmat esse communem doctorum sententiam, inter quos citat. Bart. in authentica, sed nouo iure. C. de feruis fugit. Vbi tamen nihil tale Bart. dicit. In eadem sententia fuit Sylluest. verb. furtum. q. 3. pronunciat. 4. quam confirmant ex l. vnica. C. quando ciuilib actio criminali prauidet. vbi ita habetur: Quoties de re familiari, & ciuilib & criminalis, competat actio, utraque licere experiri: siue prius criminalis siue ciuilib actio moueatur: nec si ciuilib fuerit actum, criminalem posse consumi: & similiter e contrario. Atque inter alia exempla, quae in ea lege subiunguntur, dicitur. Quo in genere habetur furti actio.

Arbitror verò eam sententiam inhumanam ac falsam esse, contrariamque esse amplèctendam cū Ludouico Romano, & alijs. Atque in primis non dubito id nō intendisse Vlpianum, l. vlt. ff. de furtis, vt eam legem expendenti erit satis manifestum, legitimumque illius sententiam esse; cum vtrouis modo possit furti actio agi, frequentius tempore Vlpiani fuisse solitum agi criminaliter, eo quòd indecorum esset agere ad penam pecuniariam accusanti applicandam; id tamen non tollere, quin quis, si maluerit, agere possit ciuilib, & non criminaliter: Eundè que sententiam aperte sonat dispositio legis, 18. relata, quae, quò ad hoc, de sumpta fuit ex lege vltimae, ff. de furtis. Quòd verò attinet ad legem vnicam, C. quòdo ciuilib actio criminali prauidet, dicendum est, ibi non mine, actionis ciuilib, intelligi illam, quae res familiaris, seu externa, reperitur, vel rei vendicatione, vel quoad aestimacionem, vel dampnum in rebus temporalibus, etiam lueri cessantis, iniuste illatum, quae in foro conscientiae, nulla expectata sententia, restitui debent, aut tanquam ita debita, & non in penam, in foro exteriori petuntur: haec enim ad rem familiarè pertinent eius, quò illa petit, & non ad iniuriam praecitam à damno dato, actioque, qua in foro exteriori petuntur, verè ciuilib est, & non criminalis: atque haec actio proprie dicitur de re familiari. Nominè verò actio criminalis de re familiari, seu ob iniuriam commissam circa rem familiarem, quae est fere cunda actio, de qua est sermo in ea lege, est actio ad penam propter talem iniuriam commissam: id enim omne, quòd in penam ob crimè petitur, actio criminalis potest non in merito appellari, hoc est, ad penam ob crimen commissum: quo pacto iudices, qui de criminibus cognoscunt ad penam, siue pecuniariam parti applicandam, ad quam agi ciuilib, ter in alia significacione dicitur, siue ad penam corporalem exiij, verberum, & similib, vel etiam ad pecuniariam filco applicandam, ad quas omnes penas agi criminaliter dicitur, appellantur iudices criminis, ad differentiam eorum iudicum, qui nò de criminibus, sed de causis merè ciuilibus cognoscunt. De his ergo duabus actionibus de re familiari habetur in ea lege, vnam non impedire alteram, vt patet in exemplis eadem lege propòsitis, vt quando recuperata est possessio vi ablata interdico vnde vi, agi potest ad penam, & quando aduersus libertum, qui se dixit in genum, & actum ciuilib, ad aestimacione operum, quas patrono ita denegauit, agi potest ad penam: porro actio ad recuperandam possessione interdico vnde vi, & actio ad aestimacione operum liberti, non sunt penales, sed merè ciuiles. De eisdem actionibus ciuilib & criminali, in vspurpationibus explicatis, diximus supra cum Gregor. Lopez,

& Bartol. vtranque posse intentari simul eodem libello, vnam incidenter cum alia. Quando autem vnae penae statuta sunt seorsim pro aliquo delicto, ita quòd nò per modum vnus sunt statuta, vna in augmentum alterius, nec peti possunt vnica actio, & vnico libello, sed seorsim, quo pacto pro iniuria agi potest, vel ciuilib, ad penam pecuniariam, vel criminaliter ad penam corporalem, iuxta. §. in summa inst. de iniurijs, & iuxta alia iura, & pro furto agi potest ciuilib, ad penam dupli, aut quadrupli, & criminaliter ad penam corporalem, tunc vna impedit aliam, quia imposita vna pena, non est locus alteri, vt constat in actione iniuriarum, tunc ex ipsamet lege vnica. C. quando, ciuilib actio criminali, prauidet, quòd solum ait vnam actionem non impedire alteram, quòd sunt de re familiari, modo explicato, cum etiam ex alijs iuribus mox citandis, contentio, et communis doctorum sententia: eadem verò est ratio in furto, quòd vltra actionem de re familiari ad recuperandam rem furto ablatam, aut aestimacionem illius, & in super si quòd damnum in familiari sequutum est, quòd attinet ad duas alias actiones ad penam pro furto, quae vltimus fuerit acindifferenter competit, nempe quòd attinet ad actionem ciuilem ad penam dupli, aut quadrupli, parti applicandam, & ad criminalem ad penam corporalem, vna extinguit, & impedit simili modo aliam: id quòd satis probat, l. senatus, ff. de accusationibus cuius verba sunt, *Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus reus fieret, id est, ne quis puniretur pro eodem crimine penis diuersis, seorsim statutis diuersis legibus, sed actio intertata ad penam vnus legis, impedit ac extinguit ret actionem ad aliam penam. Ecce, lex vniuerim loquitur, eademque professò est ratio de eiusmodi omnibus penis. Idem adhuc aperit probat, l. praetor edixit. §. si dicatur, iuncto, §. at qui, & §. quòd ergo, ff. de iniurijs, vbi exponitur regula, quae antiquioribus iuribus traditur, leg. vnica. C. quando ciuilib actio criminali, prauidet, vt notat glossa, §. at qui citato, verbo, & hoc est verum, & est ipso textu liquet. In illis enim tribus §. §. §. habetur, quòd licet pro illata iniuria non possit agi ciuilib, & criminaliter, ad distinctas penas, sed vna actio intertata impedit atque extinguit aliam; tamen in iniuria interuenit dampnum iniuste datum ea iniuria, aut ex illa sequutum, vt quia percussus impedijs fuit à lucto tuo labore, aut negotiacione, eemp parando, vel quia in sumptis in medicinis, & cum chirurgis, tunc agi posse ciuilib, ter in merito iudicio, ut ibi dicitur, ad refectionem damni in re familiari iniuste dati, & publico iudicio, hoc est, ad penam pro iniuria illata, siue pecuniariam, siue corporalem, neque ex duabus his actionibus, ad refectionem scilicet damni in re familiari, & ad penam, vnam impedire aliam, eoque modo intelligi regulam legis vnicae, C. quando, ciuilib actio criminali, prauidet. Quando ergo lege vnica citata, exemplum in actione furti adhibendo, dicitur, *Quo in genere habetur furti actio, vel scilicet ciuilib actio criminalis non impedit, neque e contrario criminalis ciuilem, non ita id intelligitur, quasi ciuilib actio, de qua in ea lege est sermo, sit proprie actio furti; quia non est nisi conditio furti, tunc vendicando rem furto ablatam, ex quo quocunque eam possidente, aut petendo aestimacionem illius, & insuper damna omnia ex tali furto subsequuta; sed quò ad criminalem, pecuniariam, aut corporalem, ob furtum, quae proprie & verè est actio furti, dicitur eo loco, Quo in genere habetur actio furti, quia scilicet non impeditur per ciuilem condicendo furtum, & damna subsequuta, sicut nec ciuilib in pe ditur per furti actio ad penam, siue pecuniariam, siue corporalem. Prædictis nò aduerlat discrimen, quòd inter actione iniuriarum, & actionem furti ad**

penam dupli, aut quadrupli, constituitur. l. 2. §. etiam capitus filius, ff. de collat. bonor. iuncta. l. 2. §. vlt. ff. de acquir. hared. quòd ex eo, quòd filius agat actione merè iniuriarum, quae ipsi verè in fertur, esto occasione rei hereditaria, neque censetur eo ipso adire hereditatem, quoniam iure negotiorum agit, & non hereditatis, neque teneat id conferre: si verò agat actione furti ad duplum, aut quadruplum, ratione rei, quae ad hereditatem spectat, censetur adire hereditatem, eaque pena in augmentum hereditatis cedere; si item filius emancipatus eadem actione agat ratione rei furto ablatæ, quae conferre teneatur, eam penam pecuniariam esse etiam cõferendam. Non, inquam, hoc prædictis aduerfat: quoniam, quando res furto criptur, delictum redundat in eos omnes, ad quos ea res attinet, aut trahere debet, ac pro inde pena pecuniaria ob rem furto ablatam cedit in incrementum, conferrique aut diuidi inter aliquos debet. Iul. Clar. §. lib. sent. §. furtum, num. 16. cum Cepola ait, penam dupli, aut quadrupli, pro furto, non esse hodie in vtu, sed solam penam corporalem. Idem in casu, num. quarti citat aut Ant. Gom. esse hodie ferè in hoc toto Regno, & quòd vbi feruatur lex 6. titu. 12. titu. 13. lib. 4. fori: quae statuit, vt pro primo furto restituatur res, & in super duplum parti, & septuplum filco, sola ea pena imponitur pro eo furto, & non pena corporalis.

Iuxta ea, quae supra ex duobus authenticis, & ex l. 18. titu. 14. par. 7. iure relata, constat, de iure communi Castreño pro furto simplici non imponi mortis, aut mutilacionis, penam. Et quantumvis, cap. primo, §. si quis quicquid solidos de pace tenenda vbi, feudorum, sancitum fuerit, vt si quis furatur tales rem quinq; solidorum, aut plus, laqueo suspendetur: in primis illud non fuit statutum pro solo simplici furto, sed pro crimine violationis pacis simul interueniente inter milites, vt constat ex rubrica & titulo, in quo paragra plus ille est eo locutus, vt eum Baldo, & alijs, affirmant doctores mox citandi, con sentaneè ad legem vlti. §. vlt. ff. de re militari, cuius verba sunt: *Miles turbator pacis, capite puniatur. Alij, cum Barto. dicunt §. illum postea correctum fuisse per cap. 1. §. iniuria de pace intram. firm. vbi iniuria, seu furtum legitime puniatur: hoc est, iuxta ciuiles Castreñas leges, vt aliqui exponunt. Denique omnes conueniunt §. illum, ob sui nimium rigorem, de communi consuetudine non feruari, vt referunt ac sequuntur Iul. Clar. §. lib. sent. §. furtum, num. 73. no. Ant. Gom. var. resol. c. 1. nu. 9. & Greg. Lopez. 18. citata, verb. *matari cortar miembro*. in prin.*

Dispositione de iure Castreño authenticorum relatum, quòd scilicet fur nec mutiletur, nec interficiatur, pro furto simplici, intelligit glossa penult. in authentica sed nouo iure. C. de feruis fugit. & cum ea intelligit multi, quos Greg. Lopez. l. 18. glossa citata melius, quò alij, refert, modo is fur semel tantè sit furatus: si enim furatus sit pluries, censetur publicus, seu famosus, latro, quò furca suspendi debet, iuxta. l. capitalium. §. graffatores, ff. de penis, cuius verba sunt: *Graffatores, qui praede gratia id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi & spoliare insituerint, capite puniuntur: vti que si sepius atque in itinibus hoc admiserint: ceteri ad metallum damnantur, vel in insulas relegantur. Hinc si facile liquet, fures qui sepius occurrere fuerunt, & ob id crimen sepius damnantur, neque dicuntur, diffinitiones iurum, quae relatae sunt, graffatores, neq; latrones famulos, aut publicos, sed famulos latrones appellari, qui graffando ad praedam, atque vnde praedant, interficiunt, atque hos pro primo furto cum homicidio commisso capite plecti, debereq; suspendi in eodem loco, in quo crimen commiserint, si commode id fieri possit. Vt exenple sint alijs, & fit id solatium consanguineis eius, qui ab eis detrahitur ac interceptus fuit, vt habetur. §. famulos citatos eos verò, qui occulte furati sunt, esto sepius furati sint, & de eo furto sepius sint danati, posse quidem dici publicos ac famulos, in corrigibileq; fures, non verò famulos latrones, vt notat additio in margine ad*

penam dupli, aut quadrupli, constituitur. l. 2. §. etiam capitus filius, ff. de collat. bonor. iuncta. l. 2. §. vlt. ff. de acquir. hared. quòd ex eo, quòd filius agat actione merè iniuriarum, quae ipsi verè in fertur, esto occasione rei hereditaria, neque censetur eo ipso adire hereditatem, quoniam iure negotiorum agit, & non hereditatis, neque teneat id conferre: si verò agat actione furti ad duplum, aut quadruplum, ratione rei, quae ad hereditatem spectat, censetur adire hereditatem, eaque pena in augmentum hereditatis cedere; si item filius emancipatus eadem actione agat ratione rei furto ablatæ, quae conferre teneatur, eam penam pecuniariam esse etiam cõferendam. Non, inquam, hoc prædictis aduerfat: quoniam, quando res furto criptur, delictum redundat in eos omnes, ad quos ea res attinet, aut trahere debet, ac pro inde pena pecuniaria ob rem furto ablatam cedit in incrementum, conferrique aut diuidi inter aliquos debet. Iul. Clar. §. lib. sent. §. furtum, num. 16. cum Cepola ait, penam dupli, aut quadrupli, pro furto, non esse hodie in vtu, sed solam penam corporalem. Idem in casu, num. quarti citat aut Ant. Gom. esse hodie ferè in hoc toto Regno, & quòd vbi feruatur lex 6. titu. 12. titu. 13. lib. 4. fori: quae statuit, vt pro primo furto restituatur res, & in super duplum parti, & septuplum filco, sola ea pena imponitur pro eo furto, & non pena corporalis.

Iuxta ea, quae supra ex duobus authenticis, & ex l. 18. titu. 14. par. 7. iure relata, constat, de iure communi Castreño pro furto simplici non imponi mortis, aut mutilacionis, penam. Et quantumvis, cap. primo, §. si quis quicquid solidos de pace tenenda vbi, feudorum, sancitum fuerit, vt si quis furatur tales rem quinq; solidorum, aut plus, laqueo suspendetur: in primis illud non fuit statutum pro solo simplici furto, sed pro crimine violationis pacis simul interueniente inter milites, vt constat ex rubrica & titulo, in quo paragra plus ille est eo locutus, vt eum Baldo, & alijs, affirmant doctores mox citandi, con sentaneè ad legem vlti. §. vlt. ff. de re militari, cuius verba sunt: *Miles turbator pacis, capite puniatur. Alij, cum Barto. dicunt §. illum postea correctum fuisse per cap. 1. §. iniuria de pace intram. firm. vbi iniuria, seu furtum legitime puniatur: hoc est, iuxta ciuiles Castreñas leges, vt aliqui exponunt. Denique omnes conueniunt §. illum, ob sui nimium rigorem, de communi consuetudine non feruari, vt referunt ac sequuntur Iul. Clar. §. lib. sent. §. furtum, num. 73. no. Ant. Gom. var. resol. c. 1. nu. 9. & Greg. Lopez. 18. citata, verb. *matari cortar miembro*. in prin.*

Dispositione de iure Castreño authenticorum relatum, quòd scilicet fur nec mutiletur, nec interficiatur, pro furto simplici, intelligit glossa penult. in authentica sed nouo iure. C. de feruis fugit. & cum ea intelligit multi, quos Greg. Lopez. l. 18. glossa citata melius, quò alij, refert, modo is fur semel tantè sit furatus: si enim furatus sit pluries, censetur publicus, seu famosus, latro, quò furca suspendi debet, iuxta. l. capitalium. §. graffatores, ff. de penis, cuius verba sunt: *Graffatores, qui praede gratia id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi & spoliare insituerint, capite puniuntur: vti que si sepius atque in itinibus hoc admiserint: ceteri ad metallum damnantur, vel in insulas relegantur. Hinc si facile liquet, fures qui sepius occurrere fuerunt, & ob id crimen sepius damnantur, neque dicuntur, diffinitiones iurum, quae relatae sunt, graffatores, neq; latrones famulos, aut publicos, sed famulos latrones appellari, qui graffando ad praedam, atque vnde praedant, interficiunt, atque hos pro primo furto cum homicidio commisso capite plecti, debereq; suspendi in eodem loco, in quo crimen commiserint, si commode id fieri possit. Vt exenple sint alijs, & fit id solatium consanguineis eius, qui ab eis detrahitur ac interceptus fuit, vt habetur. §. famulos citatos eos verò, qui occulte furati sunt, esto sepius furati sint, & de eo furto sepius sint danati, posse quidem dici publicos ac famulos, in corrigibileq; fures, non verò famulos latrones, vt notat additio in margine ad*

penam dupli, aut quadrupli, constituitur. l. 2. §. etiam capitus filius, ff. de collat. bonor. iuncta. l. 2. §. vlt. ff. de acquir. hared. quòd ex eo, quòd filius agat actione merè iniuriarum, quae ipsi verè in fertur, esto occasione rei hereditaria, neque censetur eo ipso adire hereditatem, quoniam iure negotiorum agit, & non hereditatis, neque teneat id conferre: si verò agat actione furti ad duplum, aut quadruplum, ratione rei, quae ad hereditatem spectat, censetur adire hereditatem, eaque pena in augmentum hereditatis cedere; si item filius emancipatus eadem actione agat ratione rei furto ablatæ, quae conferre teneatur, eam penam pecuniariam esse etiam cõferendam. Non, inquam, hoc prædictis aduerfat: quoniam, quando res furto criptur, delictum redundat in eos omnes, ad quos ea res attinet, aut trahere debet, ac pro inde pena pecuniaria ob rem furto ablatam cedit in incrementum, conferrique aut diuidi inter aliquos debet. Iul. Clar. §. lib. sent. §. furtum, num. 16. cum Cepola ait, penam dupli, aut quadrupli, pro furto, non esse hodie in vtu, sed solam penam corporalem. Idem in casu, num. quarti citat aut Ant. Gom. esse hodie ferè in hoc toto Regno, & quòd vbi feruatur lex 6. titu. 12. titu. 13. lib. 4. fori: quae statuit, vt pro primo furto restituatur res, & in super duplum parti, & septuplum filco, sola ea pena imponitur pro eo furto, & non pena corporalis.

que lege ea de re lata, est receptum, vt pro tertio furto suscipiatur: eaque conclusio originem traxit ex opinione glossae citatae, & doctorum, qui illa amplexati sunt: vigetq; hodie in hoc Castellae Regno. Quòd autem consuetudine multorum Regnorum sit id receptum, atque executioni mandetur, affirmat communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. 2. var. resol. cap. 9. num. 7. Iul. Clar. §. furtum citat. nu. 8. Greg. Lopez. gloss. citata, & Ant. Gom. cap. 5. citato, num. 5. Id verò corroborant, quoniam cum fur simplex possit pro vno furto puniri pena corporali arbitraria, vt flagellorium, vel alia, infra mortem ac mutilacione, & ex iteratione eiusdem criminis pena arbitrio eiusdem iudicis augeri debeat, iuxta l. 3. iuncta glossa vlt. ibi. C. de Epi. lico. audient. l. capitalium. §. solent, & §. graffatores, ff. de penis. l. 3. §. si plures. ff. de re militari. l. feruos. §. 1. C. ad leg. Iul. de vi, & iuxta alia iura, con sequens est, vt si simplicia furta multiplicentur, ita vt ad tertium perueniant, in corrigibilique competierit fur, possit iudex illi imponere penam mortis, nihil retrahente dispositione illa authenticorum relata.

In primis arbitror dicendum esse cum Bart. in authentica sed nouo iure. C. de feruis fugit. & cum alijs, quos Greg. Lopez. & Iul. Clar. vbi supra referunt, & quorum sententiam Iul. Clar. amplectitur, opinionem glossae in authentica sed nouo iure, & eorum, qui illam sequuntur, nec colligi, nec probari, ex lege capitalium. §. graffatores, ff. de penis. Ibi enim non est sermo de furbus, qui, vt supra ex authentica sed nouo iure, & authentico vt nulli iudicum. §. penult. relatum est vocantur illi soli, qui occulte, & sine armis, hoc est sine animo vim inferendi, furantur: graffatores autem sunt, qui inuadendo, cum violentia spoliant ac diripiunt: graffi enim est cum impetu & concitacione ad aliquid incedere, & quous interdu sumatur etiam in bonam partem, frequentiù sumitur in malam, vt est aggregi cum impetu ac violentia ad malū aliquod, quòd saltear Hispanè dicitur: & sic sumitur. §. graffatores, dum illi habet; graffatores, qui praede gratia id faciunt, proximi latronibus habentur, hoc est, ijs, qui occidendo graffantur ad praedam: de quibus in eadem lege. §. famulos, sic habetur: *famosos latrones in his locis, vbi graffati sunt, furca figendo conuulsi habentur, &c.*

Iuxta haec ergo tres gradus diripiendum, quòd ad rem propositam attinet, distinguuntur. Primus, dicitur penitentium occulte ac sine vi, qui fures appellantur. Secundus, aggradiendum ad praedam cum vi, sed nò interficiendo, & hi graffatores dicuntur, non verò latrones. Et tertius, aggradiendum ad praedam interficiendo, atque hi soli latrones nuncupantur. Vnde merito, §. graffatores citatos, de diripiendis secundum gradus dicitur; *haberi proximos latronibus. Atque de eisdem conuòd subiungitur: Et, si cum ferro aggredi & spoliare insituerint, capite puniuntur: vti que si sepius atque in itinibus hoc admiserint: ceteri ad metallum damnantur, vel in insulas relegantur. Hinc si facile liquet, fures qui sepius occurrere fuerunt, & ob id crimen sepius damnantur, neque dicuntur, diffinitiones iurum, quae relatae sunt, graffatores, neq; latrones famulos, aut publicos, sed famulos latrones appellari, qui graffando ad praedam, atque vnde praedant, interficiunt, atque hos pro primo furto cum homicidio commisso capite plecti, debereq; suspendi in eodem loco, in quo crimen commiserint, si commode id fieri possit. Vt exenple sint alijs, & fit id solatium consanguineis eius, qui ab eis detrahitur ac interceptus fuit, vt habetur. §. famulos citatos eos verò, qui occulte furati sunt, esto sepius furati sint, & de eo furto sepius sint danati, posse quidem dici publicos ac famulos, in corrigibileq; fures, non verò famulos latrones, vt notat additio in margine ad*

ad

ad gloriam penult. in authentica sed nouo iure. Li-
quet deinde tantum abeile, vt ex dispositione eorū-
dem iurum colligatur, iurem simplicem posse pro
tertio furto capite plecti, vt contrarium manifeste
colligatur ex duobus authenticis citatis. iuncto. §.
graffatores citato. Si enim, vt habetur duobus au-
thenticis citatis (cum quis consentit. l. 18. tit. 14.
par. 7. iures, qui occulte sine vi furantur, neque mu-
tiantur in domibus, in arboribus, aut in maris iur-
ta dispositionem legum sunt puniendi, & §. graffa-
tores citato, erat sancitum, vt graffatores ad p[ri]uā,
si cum ferro aggredi, & spoliare insisterent, tunc
solum capite puniantur, quando sapius, & in itinere
sapius id fecerunt, liquidò constat, iures occulte, esto
sapius sint iurati, non esse ex dispositione authenti-
corum capite plectendos, alioquin aquarentur in
pena graffatoribus, qui vi publica & in itineribus
graffantur, contra apertam dispositionem authen-
ticorum: imò verò acrius punirentur, quam qui graff-
farentur sapius in itineribus vi priuata. hoc est, sine
armis, & quam qui sapius extra itinera graffarentur
vi publica, hoc est, cum armis: nam ut omnes §. graff-
fatores, precipiantur non puniri mortis pena, sed
vel metallorum, vel relegationis in insulam aliqua.
Quo fit, vt proculdubio sit dicendum, de iure Cas-
telleo authenticorum, nefas fuisse interficere, etiā
pro tertio, aut quarto, furto iurem simplicem, qui sine vi
esset iuratus, vt l. l. Clar. nu. 8. citato, & alij, recte af-
firmant, tamen non ita, vt nos, id deducant ex ipsa
iurium dispositione.

Quamuis autem id ita dispositum fuerit de iure
Castelleo non iussim authenticorum, neque contra-
rium compariamus scilicet de iure Castelleo, aut di-
gestorum, sed forte ad comprehendendum iudices, ne
penam criminalem pro furto simplici arbitrariam
extenderent v[er]o ad mortem, aut mutilationem,
esto iurum simplex esset, cuiuscumque quantitas,
aut effo sapius esset commissam, ea dispositio lata
videatur, rem quando illis, vt in ita mortem ac mu-
tationem, auctore possent penas pro quantitate fur-
ti, & pro iteratione illius, accumulando ex i[ur]e flagel-
li, vel multiplicando flagella, vel illis augendo exi-
lium, v[er]o ad deportationem, aut damnationem ad
metalla: quamuis, inquam, id ita de iure authentico-
rum sit dispositum, colonetque legi veteri, quæ pro
furto simplici solum imponeret penam dupli, qua-
drupli, aut quintupli, vt patet. Exo. 22. nihilominus
damnanda non sunt leges, quæ pro furto secundo,
aut tertio, aut pro furto certe quantitas, aut cum ta-
libus, vel talibus, circumstantijs commisso, penam
mutilationis statuant, aut mortis, vt referente Cou-
ar. 7. citato, Carolus quintus legem in Germania
tulit, vt fur pro tertio furto suspenderetur, & lex erat
Longo bardorum, quam refert glossa. c. 1. §. iniuria,
verb. seu furto, de pace iuram. firm. quod pro pri-
mo simplici furto erueretur oculus furi, pro secun-
do abscinderetur ei nalis, & pro tertio fur suspen-
deretur, & alia sunt late in alijs Regnis. Neque ite-
inde est damanda consuetudo recepta, quæ vim ha-
bet, legis, vt pro secundo, aut tertio, furto suspen-
datur fur, vt in hoc Regno, & in alijs est recepta: id
quod ex dictis in principio huius dissertationis ad-
uersus Scotum liquet. Vnaqueque enim res publica,
etiā mortis penam, statueret potest pro furto, si ita
ex parte iudicauerit bono suo communi, eam prius
comminando ac promulgando subditis lege, aut cō-
suetudine recepta, quæ vim legis habeat, vt aduersus
eundem Scotum dictum ostensum fuit.

In Regno, in quo lex lata est, vt fur pro tertio fur-
to suspendatur, aut id consuetudine est receptum, in-
telligendum est id de furto, quæ non sint parua qua-
ritas, vt vnus gallina, aut quatuor, vel similitum re-

rum, vt cum Capola & alij recte affirmat Grego-
Lopez glo. citata: subinungitque eiusmodi furta pu-
niri, vel pena peccinaria, vel denario furem ali-
quibus diebus, vel mensibus, in carere, vel exponē-
do illum ad aliquot horas in loco publico cui re fur-
to ablata. Qui tamen tria furta commisit notabilis
quantitatis, esto duo priora commiserit in alio terri-
torio, potest pro tertio suscipi, & potest iudex iu-
rius alterius territorij cognoscere de duobus prioribus
furtis incidenter, tanquam de circumstantijs ag-
grauantibus tertium, vt pro tertio penam legibus,
aut consuetudine, statuat imponat. Ratio verò
præcipui asserti est, quoniam duo priora aggrauant
tertium, & fur, qui ad tertium peruenit furtum, cen-
setur consuetudinem, habere furandi, & famulus
fur.

Ita communis doctorum sententia, quam refe-
runt ac sequuntur Ant. Gom. 3. tom. var. rehol. ca. 5.
num. 8. l. l. Clar. §. lib. sect. §. iurum. nu. 10. Greg.
Lopez. l. 18. tit. 14. par. 7. verb. matar nicotiar micm
bro, & Couar. 2. var. rehol. cap. 9. num. 7. Neque ne-
cesse est, quod sit damnatus de duobus prioribus fur-
tis, vt probat iura & affirmat communis sententia,
quam Ant. Gom. vbi supra. nu. 9. & Couar. nu. 7. ci-
ta referunt ac sequuntur, quoniam adhuc duo prio-
ra furta aggrauant tertium, & tertio commisso, fur
censetur habere consuetudinem furandi. Neque
item refert, quod duo priora furta sint iam præscri-
pta, ita quod non competat iam actio furti ex ad-
uersus furem: quoniam adhuc sunt circumstantiæ ag-
grauantes tertium, & de eis cognoscit iudex tertij
furti incidenter, tanquam de circumstantijs illud ag-
grauantibus, vt cum Baldus Salycet. & Iafone re-
fereat Ant. Gom. in calce. nu. 8. citati. Neque refert
præterea, si iam fuerit punius pro primo, & secun-
do, aut quod l. per gratiam principis fuerit ei remis-
sa, quoniam similitur adhuc sunt circumstantiæ ag-
grauantes tertium furtum, ita l. l. Clar. vbi supra
nu. 12. & 13. cum alijs, quos citat, & consentit Cou-
ar. num. 7. citato, refert verò furta esse ita distin-
cta, non solum re, sed etiam tempore, vt bene cum
alijs notat l. l. Clar. ibidem. nu. 14. qui. host. §. cum
alijs subiungit, penam furti esse furcam, ne debe-
re irregulari, atque ite consuetudine est receptum.
Quando autem iudex cognosceret de solo primo fur-
to, aut secundo, tunc esto constaret de tertio posse-
riori furto, aut de secundo, & tertio posterioribus, si
ue de tertio esset iam sit punius, tunc non, non pos-
set pro tali primo, aut secundo, furto, suscipi: quo-
niam posteriora delicta non aggrauant priora, sed e-
contrario priora aggrauant tertium, vt pro iudice
poni possit pena mortis. Ita cum Ang. & alijs, Ant.
Gom. nu. 9. citato, & Greg. Lopez vbi supra.

Verum autem pro primo furto, quod h[ab]et magnam
quantitatis, ita vt æquipolleat tribus, pro quorum
tertio pollet fur suscipi, aut ea excedat, pollet fur
suscipi. Baldus in authentica sed nouo iure. C. de
feru. fugit. & alibi. Angel. & alij, quos Couar. nu. 7.
citato refert, & in quorum sententias propendit
affirmat. responderunt, atque aliqui affirmant
iuxta eam sententiam iuris iudicatum, frequenter
in Hispanijs. Communis tamen sententia contra-
rium affirmat, quam referunt ac sequuntur l. l. Clar.
§. furto citato. num. 9. Gregor. Lopez vbi supra in
calce eius glossa, & l. l. 17. par. 2. verb. et furto, &
Ant. Gom. c. 5. citato. nu. 7. Atque h[ab]et sententia no-
bis probatur, vbi contraria non fuerit lege sancita,
aut consuetudine, quæ vim legis habeat recepta, ve
non est adhuc ita recepta in hoc Castellæ Regno,
quandoquidem a tot vnus doctis Hispanijs reproba-
tur. Ducor, quoniam, vt ostensum est, de iure com-
muni, neque pro tribus simplicibus iuris, neque pro
vno cuiuscumque sit quantitas, potest imponi pena
mortis, aut mutilationis, sed pro furtis simplicibus

bus, ratione quantitatis, iterationum, & cæterarum
circumstantiarum, quæ ea non extrahunt a ratione
furtoem simplicium, aggruari possunt penæ in-
fra mortem ac mutilationem: quare, nisi sit noua
lex, quæ contrarium statuat, aut consuetudo, quæ vim
legis habeat, nefas est pro simplici furto, cuiuscun-
que quantitas, quæquam interficere aut mutilare.
Neque rationes Couar. aliud probant, quàm posse
statui legem, quæ talem penam licite constituat.
Prædictis non obstant. l. 2. ff. arbor. furt. ca. far. & l.
vlt. ti. 15. par. 7. quæ habent, si damnum datum fue-
rit in arboribus, maxime in vitibus, posse dominū,
si velit agere de furto aduersus eum, qui illud dedit,
ac, si damnum sit magnum & exorbitans, debere pu-
niri eum, qui illud dedit, pena mortis. Non, inquit,
obstant prædictæ leges. Tum quia id statuitur, non
pro uero furto, sed pro damno dato. Tum præcipue
quoniam id solum statuitur in eo tantum particula-
ri damno dato, vt infra cum de damno dato fuerit
fermo dicitur: eaque proinde dispositio extendi non
debet ad alia.

Quamuis de iure Castelleo furtum non commit-
tatur circa res immobiles, sed solum circa res mobi-
les, vt Disp. 68. dicitur, est, nihilominus, si quis li-
mitem, diuidentem agrum suum ab agro vicinū, pro-
pria autoritate amoueat animo occupandi partem
agri illius, incidit in penam quinquaginta aureorum
(qui solidi videantur esse) pro vnoquoque termino,
quem amouerit, solentibus fisco Regis, vt habetur
Lagraria. ff. de termino amos. l. 1. §. ut. 14. par. 7.
Atque lex 30. addit, vt in super amittat, qui in pos-
sessione erat agri, cuius partem ea termino amotio-
ne occupare intendit, nisi, omnino quod habebat, in
partem, quam ita occupauerit si verò nullum ius in
eam habebat, soluat ea de furtis tantumdem, quantum
ex agro alieno occupauit: id quod etiam dispositio. l.
si constituit. C. finium regundorum: quæ licet solu
loquatur, quando post litem contestatam, ante sen-
tentiam latam, eam partem occupauit, eadem tamē
est ratio, quando nulla mota lite, id propria autori-
tate fecit. Consentit. l. extat. ff. quod metus causa,
quæ licet de amissione solaiuris loquatur, in ea tamen
est fermo, etiam si lis non fuerit contestata; lo-
quiturque vniuersim de occupante propria autori-
tate, quod sibi debet arbitratur. Lex 30. citata ad-
dit: *Elo que diximos en esta ley del mudamiento de los
mojones, ha lugar otrosi en el Bierro, que ome saze en
los mojones, que departen los terminos entre las ciuda-
des, & las villas, y entre los castillos, y los otros lugares.*
Atque in euentu proposito ad finemque propositū
intelligo. Lagraria. §. alia quoque. ff. de term. mot.
quæ statuit, si seruus, aut seruus, domino, aut domina,
in seijs, amoueat ad eundem finem limites agro rūs,
mortem moriatur, nisi dominus, aut domina, soluere
voluerit fisco loco seruus, aut serua, penam quinqua-
ginta aureorum.

Circa rem hanc lege opinionones, quas, stando in
iure communi Castelleo, refert Grego. Lopez. l. 30.
citata. verb. *cinquenta maravedis de oro.* Et milij, extra-
casum de quo dictum videtur, & de quo solo loquitur. l.
30. citata, dicendum videtur, quod si quis terminos
amouit animo feminandis zizania & discordias in-
ter possessores agrorum, non puniatur pena quin-
quaginta aureorum, sed pena extraordinaria, pro
qualitate facti, personarum, ac circumstantiarum cō-
currentium, iuxta l. 1. & Lagraria. ff. de termino mo-
to, ac l. 1. C. de accusationib. vt cum Salyceto affir-
mat Grego. Lopez glo. citata. Si verò illos amoueat,
animo illos furandi, vt si euellat, ac v[er]sup[er] se sibi lapi-
des fixos in signum terminorum, tunc distinguen-
dum est. Quoniam vel sciebat illos esse terminos agro-
rum, vel non. In priori euentu, si sit nobilis, relega-
tur ad longius, vel breuius, tempus, prout patietur

atque postulauerint alia circumstantia: iuuenis e-
nim, cæteris paribus, ad longius, & senex ad breuius,
tempus, debet relegari: si verò fuerit ignobilis, ita-
gellatur, & insuper damnari biennio debet ad opus
publicum. In posteriori verò euentu facti est igno-
bilem flagellari. Lexque intelligendum consequen-
ter relinquit, in eadem proportionem minui debere
penam nobili in hoc posteriori euentu, licet id non
exprimat. Ita habetur furta perspicue. l. 2. ff. de ter-
mi. moto. Et quoniam hæc pena maxima ex parte
sunt arbitraria, atque extraordinaria, vtique in
his etiam euentibus suo modo locum habent. l. 1. ff.
de termino moto. & l. prima. C. de accusationib. At
quæ hæc nostra decisio consonantior comperietur
iuribus citatis, quàm decisionibus Angeli, & Salyceti,
quas Greg. Lopez vbi sup. refert, & quàm Gregor.
Lopez decisio.

De iure communi, qui intentasse furtum compe-
ritur, illud verò non perfecti, vt si in domo aliena re-
peritur ad furandum absconditus, aut dum aperiri
eum præscindere marsupium alienum est aggressus,
sentius ac deprehensus fuit, non censetur furtum
commississe, ac proinde neque actio furti aduer-
sus eum datur. l. vulgari. §. qui furti. ff. de furtis. Et
cum nihil sit furatus, constat non competere aduer-
sus eum actionem furti ad penam peccinariam du-
pli, quadrupli, aut ad aliam similem. Potest verò agi
aduersus eum actione iniuriarum: cum iniuria sit
ingredi domum alienam domino inuito, vt habetur
l. is qui domum. ff. de iniurijs, & maxime animo fur-
randi, vt habetur l. vulgari. §. qui furti. ff. de furtis, &
l. facularij. vers. l. ff. extra ord. criminibus. vniuersim
quæ intentare furari rem alienam crimen atque iniu-
ria sit aduersus eum, cuius est illa res, vt constat ex
duobus iuribus citatis. Vnde l. facularij, habetur,
vt qui repositus fuerit in domo aliena animo furan-
di, puniatur plusquam fur, & pro qualitate persone,
ac furti, quod fuerit aggressus, & aliarum circumstā-
tiarum concurrentium, vel damnatur ad feruendum
ad tempus in publicis operibus, vel flagellatur, vel
relegatur ad tempus iudicis arbitrio constituendum.
Et idem dicendum est de alijs, qui alia furta aggre-
diuntur committere. Lege Anto. Gom. 3. tom. var.
rehol. c. 7. nu. 15.

De iure huius Castellæ Regni. l. 6. tit. 5. lib. quart.
titori, iuncta. l. 2. tit. 13. eiusdem libri, fur pro pri-
mo furto quadraginta maravedinorum, & cetera, vt
tra rem furto ablatam, cogebatur solvere in penam
attimationem illius, duplam quidem ei, à quo
furto illam acceperat, & septuplam fisco Regis, &
ita pena illa appellabatur, *pechar las nouenas*. Quod
si fur non esset soluendo, amittebat quicquid in bonis
illius reperiebatur, & insuper amputabantur
ei aures. Si verò primum furtum excedebat qua-
draginta maravedinos, incidebat in eandem penam
peccinariam, sed si soluendo non erat, occupa-
batur similiter quicquid in bonis illius reperiebat,
& amputabantur illi aures, & *el puño*, hoc est,
& altera manus. Pro secundo verò furto suspen-
debatur. Circa hanc penam in primis notanda, condi-
tores legis illius sequutos fuisse opinionem illo-
rum, quæ stando in iure communi, existimauerunt,
furem pro secundo furto esse suspendendum. De-
inde nota, tempore, quo lex illa fuit condita, qua-
draginta maravedinos plus valuisse, quàm valent
hodie ducenti, quin & trecenti, aut plures, vt ex
ijs, quæ in materia de cambijs à nobis dicta sunt,
habitatione antiquitatis eorum legum, facile in-
telligitur. Nefas autem est, hodie, pro primo fur-
to quadraginta maravedinorum, abscondere au-
res, esto quis non esset soluendo penam illam peccin-
ariam pro illo; aut pro furto centum maravedi-
norum abscondere aures & manum, neque id esset

con-

con-

11
12
Ius Castell.
lae

consonum illi legi, que id statuit, attento valore tunc monetæ, ad illa comparandas res ceteras. Quare iudices, ne iniusti sint, verba legis, potius quam intentionem, in executione earum, in penis, iuxta eas imponendis, sequendo, attendere debent ad rem cum circumstantiis, num variata sint, ac proinde num, iuxta eam variationem, de rigore legis sit remittendum. Et quidem lex illa iam hodie vsu non feruatur quoad eam abscissionem aurium & manus pro primo furto, esto longè multo maioris quantitas sit, quam mille maravedinorum, nedum quam quadraginta maravedinorum. Vtrum autem in vsu sit, quo ad penam illam pecuniariam dupli, applicandam parti, aduersus quam furtum fuit commissum, & septu parti fisco Regis, Gregor. Lopez. l. 18. titu. 14. par. septima, verb. *matar ni cortar miembro*, affirmat esse in vsu, suffragaturque. l. 12. titu. 26. lib. octauo, nota collect. que à Ferdinãdo & Elisabetta anno 1499. lata fuit, & qua iudicib. Regni Granatenis sic præcipitur. *Cada quando que ouierdes de hazer condenacion de setenas contra qualesquier personas por qualesquier hurtos, en que segun las leyes de nuestros Reinos deuan ser condenados en setenas, las uxgedes y applicades para la nuestra Camara y fisco*. Et. Ant. verò Gom. 3. to. var. resol. cap. 5. in calce. nu. 4. loquens de eadem. l. 6. fori sic ait: Vnde in locis, vbi viget illa lex, vel consuetudo, non punitur fur criminis, qui pena applicatur fisco: sed in alijs locis & partibus, vbi non viget nec feruatur illa consuetudo, standum est iuri communi. Sed certè committer in maiori parte Regni de consuetudine nõ in ponitur pena pecuniaria applicanda fisco, sed solum corporalis, vel alia iudicis arbitrio, secundum qualitatem furti & personæ. Hæc ille. Standum tamen potius est iurantiæ Grego. Lopez, quam præter legem citatam, confirmat. l. 9. titu. 1. lib. 8. nouæ collect. que lata fuit anno 1566. eamq; meritis reio remus, & inter alia sic habet: *Yo como quera que conforme a el vso y estilo, que los iuezes tienen en estos Reinos, en el dicho caso del primer hurto condenan en setenas, y en su defecto en la dicha pena de azotes, ordenamos, y queremos, que la dicha pena de condenacion sea precisa, y no en defecto de setenas*. Vbi videt, ante eam legem semper viguisse consuetudinem, vt pro primo furto condemnaretur fur ad penã dupli parti læxæ, & insuper septupli fisco Regis, & in defectum, puniretur regulariter pena flagellorũ: & quia ferè nunquam habebant fures, vnde, vltra furtum, & damna subieq; iura, soluerent estimationem illius nouis, vt plurimum, ac ordinariè, puniebantur pena flagellorum. Nunc prosequamur reliqua: que hodie magna ex parte inouata sunt, vt videbimus lege 9. citata.

Conueniunt Anto. Gom. Gregor. Lopez vbi supra, & alij, consuetudinem esse tuius Regni, iuxta Baldi opinionem, vt fur non suspendatur, nisi pro tertio furto, quod fur pro secundo flagellatur, & abscinditur illi aures, & pro tertio suspendatur. Pro primo verò vbi fuerit consuetudo, vt pena pecuniaria, dupli parti, & septupli fisco, puniatur, eam solum penam esse illi imponendam: si verò non sit soluendo, puniendum esse pena flagellorum, aut relegationis, pro qualitate personæ, & quantitate furti, vel alia corporali arbitraria. In loco verò, vbi non est consuetudo, vt puniatur pecuniaria pena, puniendum esse pena flagellorum, nisi, propter nobilitatem, commutari debeat in penam exilij, vel aliam arbitrariam, consonatque ius commune in authentica sed nouo iure. C. de fetu. fugit. Obserua tamen, pro furto quadraginta, sexaginta, octoginta, quin & centum, maravedinorum, mesas esse hodie quenquam punire pena flagellorum, imò neque relegationis, præsertim si sit primum furtum, idq; pro

pter modicum valorem hodie talis summæ maravedinorum ad reliquas res ea summa comparandas, vt dictum est: cum neque par calceorum communitum, centum quinquaginta maravedinis hodie ematur. Quare eiusmodi lenia furti hodie vel pena pecuniaria, dupli parti applicanda: & septupli fisco, erunt puniendã, vel, si reus non sit soluendo, puniendã erunt detentione illius in carcere aliquibus diebus, aut mensibus, vel colloccatione illius in loco publico ad certas horas, appenso furto ad collum, pro qualitate personæ, vt supra cum Greg. Lopez est dictum.

Illud obiter obserua, falsum esse, quod Greg. Lopez in calce glossæ citatæ affirmat, nempe penam abscissionem aurium pro simplici furto, esse penam abscissionis membri contra authenticam sed nouo iure citatam. Neque enim cartilago tota aurium est membrum, nedum pars illa sola, que furtibus abscinditur, vt sit illis in ignominiam, atque in signum, quòd iam bis furati sunt, vt sit iterum furtibus suspendantur, vt tractatu 3. sequenti ostenditur: quare iudices, qui eam penam insignunt, irregulares propter illam non sunt, vt ibidem ostenditur.

Dubium est. Vtrum, si is qui de furto aliquo in hoc Regno conuenitur, reperitur abscissis auribus eo modo, quo furtibus consueuerunt abscindi pro secundo furto, id satis sit, vt illud furtum censatur tertium, & vt possit suspendi pro illo abscissa alia probatione. Pars, que affirmat, suaderi potest. Quoniam l. 6. titu. 28. part. 2. cum referatur, quondã pro primo furto, factio in exercitum ab ignobili constitutum fuisse, vt solueret illud duplum, absciderent tuncque ei aures, ac manus, qua id esset furctus, & pro secundo interficeretur: Si vero furtum fuisset annonæ, pro prima vice interficeretur, modo ibi explicato. Atque pena adeo acerba iudicarentur, quoniam in exercitum non habent homines domos, neque arcas, in quibus res suas custodiant, cum tamen expediat valde res militum in exercitu, & præcipue dum fuit inter hostes, tunc illis, vt habeat vñ de viuant, eaque ratione opus fuit, vt in timore penæ acerbe, tutæ illis essent. Cum hæc, inquam, ibi referantur, mitigando eam penam, statuitur, vt ignobilis pro primo furto soluat illud duplum, & insuper lignetur ferro candentis in facie, & pro secundo interficiatur. Et dum sermo est de eo signo, sic in ea lege habetur. *Por que quando otra uagada lo fiziese, fuese conocido por el, o el segundo furto y esta señal fuese en testimonio para escarmentarlo dandole muerte*. Et loquedo de antiqua pena, sic in eadẽ lege dicit. *Que lo pechafe doblado, y lo señal en cortandole las orejas, e la mano, con que lo furtase*. E esto fizieron, por dar escarmiento a los otros, por que se guardasen de fazer otro tal, e porque, si auel furtasse otra uagada, que el furto y la señal le fuesen testimonio para darle muerte. Pari ergo ratione furtum plene comprobatum, & abscissio aurium, & suffere debent, vt pro eo furto, tanquam pro tertio, imponatur hodie pena mortis. Vt verò hic obiter nos ex pediamus à furtis factis in caltris, in eadem lege subiungitur, si ignobilis furetur annonam, soluat illam quadruplam, & ei amputentur aures pro prima vice, nisi, fame pressus, id fecerit, neque plus annonæ sit furctus, quam quod statim conlumeret. Nobiles, qui furantur in exercitu, si furtum non sit annonæ, pro prima vice soluant illud quadruplum, & amittunt portionem, quæ eos contingere debebat ex præda. Pro secunda vero in eandem pernam incidunt, & exulant à loco habitationis sui tempore arbitrio Regis taxando. Si vero furtum sit annonæ, pro prima vice soluant illud octuplum, & pro secunda incidunt in eandem penam, & insuper exulant modo explicato. Nunquam autem audis

nis, quenquam in exercitu punitum fuisse pro primo furto illo signo ferri candentis in facie, aut pro primo furto annonæ abscissis illi fuisse aures. Quare contraria consuetudine videtur cessasse illa pena, videturque in exercitu huiusmodi furti penis arbitrarijs puniti, acerbioribus, quam puniatur furtra extra exercitum commissa. Id tamen ex vsu & consuetudine erit ad discendum ex ijs, qui in exercitu sunt verlati. Ad rem verò nostram referendum, dicendum est cum Ant. Gom. 3. tom. var. ref. c. 5. nu. 14. reperiri aurículas abscissas eo modo, quo furtibus abscindi consueuerunt, esse sufficiens indicium, sufficientem que præsumptionem, vt interrogari possit de furtis præteritis, & nisi sufficienter probet alia de causa abscissas illi fuisse, vt subiiciatur tormentis, quibus cõfiteri cogatur furta alia commissa, causamq; veram abscissionis aurium: antequam autem duo anteriora furta confiteatur, aut illi probentur, mittendo lites reuocatorias ad loca vbi illa commisit, & vbi propter illa abscissæ sunt ei aures, non potest puniri pena mortis: quoniam abscissio illi aurium aliunde potuit venire: & quoniam illa sit præsumptio vehementis, ob duo anteriora furta fuisse ei abscissas; pena tamen ordinaria pro erimine nõ potest imponi, nisi integre ac plene de crimine constet, vt habetur. l. vii. C. de probationibus, & alij iuribus, præscribitque recta ratio. Ad l. 6. titu. 28. part. 2. respondet Ant. Gom. id præcisè esse intelligendum in eo euentu, & in terminis eius legis, neque esse extendendum ad alia. Dicerent, neque in eo euentu esse integrum & plenum testimonium, sed solum valde vrgens ac violenter, multumque coadiuuans ad plenam probationem, ac sufficiens, vt interrogari possit de priori furto, & de causa talis signi, atque vt, nisi aliam causam reddat, ac sufficienter probet, subiij possit tormentis, vt confiteatur furtum antecedens, & causam legitimam eius signi, quando aliunde non integre extitibus constat.

Hodie verò, que hæcenus dicta sunt, de pena pro primo & secundo furto, locum non habent, quando furta sunt alicuius momenti, propter. l. 9. iunctis duabus antecedentibus, titu. 1. lib. 8. nouæ collect. infra referenda, que statuant, vt pro primo furto, si fur non sit minor decem & septem annis, neque imponatur pena pecuniaria septupli fisco Regis, neque pena flagellorum, sed remigandi in tritribus, & pro secundo imponatur pena flagellorum, loco verò abscissionis aurium, imponatur pena remigandi in tritribus.

Lex 9. titu. 10. lib. 7. nouæ collect. sic habet: *Si nauo, o galera, o otro nauio qualquier, en la mar peligrare, o se quebrare, mandamos, que el nauio, y todas las cosas, que del hallaren, sean dadas a aquellos, cuyas eran antes, que el nauio se quebrase, o peligrase, y ninguno sea obligado de tomar cosa alguna dellas sin licencia de sus dueños, salvo si las tomaren para guardar las. Y antes que las tome, llame a el alcalde del lugar, si lo pudiere auer, o a otros hombres buenos, y escriba todas las dichas cosas, y guardelas por escrito, y por cuenta, y de otra guisa no se an ofados de lo tomar, y quien de otra guisa lo tomare, pechelo como de hurto*. E esto mismo sea de las cosas, que fueren echadas del nauio, por lo aleuian, o se cayeren y perdieren en qualquier manera. Et l. 1. subiungitur: *Ordenamos y mandamos, que de aqui adelante en los puertos de los mares de todos nuestros reinos, no se puedan ni lleuen por nos, ni por otras personas algunas, precio ninguno de los nauios, que quebraren, o se anegaren, en las nuestras mares, y queremos, que los tales nauios, y todo lo que en ellos rimiere, queden y finquen para sus dueños, y nos se sea tomado, ni ocupado, por persona alguna, so color del dicho precio, so pena que qualquier que lo contrario hiziere, por la primera vez, a su dueño todo lo que tomare con mas las cosas y da-*

ños, y pague el quatro tanto dello para la nuestra camara. T por la segunda vez, torne a su dueño todo lo que tomare, con mas las cosas y daños, y que aya perdido el puerto de la mar, por razon del qual pide el dicho precio, y el lugar mas cercano del, que tuuiere por suyo, y que sea aplicado al dicho precio, por el mismo hecho para la nuestra camara y fisco. T esto mismo mandamos y defendemos, que quando alguna bestia cayere de puente, o hiviere otra bestia, o persona, o se despenare carretera, o se cayere cosa, que no tomen por ello las justicias, ni los señores de los lugares, las bestias, ni las carretas, ni las cosas, como dizen que se acostumbra en algunos de los lugares: pues es injusta esta extorsion y correptela: ni de las cosas sujo dichas, ni de otras semejantes, se lleuen derechos de sangre ni homezillo, y que esto se guarde y cumpla, no embargante qualquier vso y costumbre, por donde lo tal se diga ser introducido, el qual vso y costumbre nos por la presente reuocamos.

Lex 1. titu. 23. lib. 8. nouæ collect. sic habetur: *Esso mismo dezimos, que muera por justicia aquel, que fuere conuenido de hurto, o robo, o fuerca, en la dicha nuestra corte, o en el nuestro rastro, y aquel que fuere tomado con el hurto, o robo, en la dicha corte, o rastro: Hæc tamen pena hodie mitigata est, vt paulo inferius subiiciemus ex l. 7. 8. & 9. titulo 1. lib. 8. nouæ collect.*

Lex 5. tit. 17. lib. 5. nouæ collect. habetur: *Quien hurtare, o forcare, bueyes, o bestias, de arar, o los aperos, que son para arar y labrar, y coger pan, y los frutos de la tierra, que la torne a aquel, a quien la tomo, con onze doblado, la mitad desta pena para el queuello, y la otra mitad para nuestra camara.*

Lex 16. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. sic habet: *Mandamos, que ningunas, ni algunas personas de nuestros reinos, de qualquier estado y condicion que sean, no sean obligadas de comprar de ningun esclauo, ni esclaua, ni otras cosas, ni patos, ni liencos, ni oro, ni plata, ni otros bienes algunos, de grande ni de pequeño valor, ni los troquen ni cambien con ellos, ni los reciban de gracia, ni por via de donacion, ni encomienda, ni en guarda, ni en peno, ni para los dar, ni lleuar, a otras personas, ni por otra via, ni manera alguna, agora sean los dichos esclauos negros o loros, o blancos, nacidos en estos nuestros reinos, o fuera dellos, agora sean Christianos, agora Moros, so pena que qualquier, que lo contrario hiziere, o fuere o passare contra lo contenido en esta nuestra carta, por esse mismo hecho sea tenudo y obligado a la restitucion de los tales bienes y dineros, oro, y plata, o otras qualquier cosas, que recibiere, sabiendo que aquel, o aquellos, de quien los rbierron, eran esclauos, o siendo auidos y tenidos por tales, y sean mas obligados a pagar la pena de los hurtos, assi como si ellos muieran hurtado o subtrahido las dichas cosas, y que esto aya lugar, y se cumpla, aunque no sean hallados los tales bienes en poder de las tales personas, que assi los rbierron de los dichos esclauos prouandose legitimamete que rvinieron a su poder en qualquier manera de las sujo dichas. Salvo si los tales esclauos, o esclauas, de consentimiento de sus dueños rvinieren fido, o fueren, tratantes y negociadores, o si fueren auidos y tenidos comunemente y reputados por tales, ca en los tales casos mandamos, que no aya lugar lo contenido en esta nuestra carta, mas que se guarde cerca dello, lo que las leyes de nuestros reinos mandan.*

Ministri de la hermandad, non solum cognoscunt de rapinis, vt infra dicitur, sed etiam de furtis rerum mobilium, aut fe momentum; modo tamen eiusmodi furta fiant in rermos, o eu deshabitados, o en qualquier lugares poblados, si los malhechores salieren a el Campo con los tales bienes, que rbierran hurtado. T es rermo, para esse y otros casos de hermandad, lugar de sercado de treinta vezimo a baxo. Ita habetur l. 2. titu. 13. libro 8. nouæ collect. Si enim